209 69/95 37

Jhs Ma.

Joannes Paulus Campanus Rector Collegij Societatis Jesu Brunæ
Uniuersis et singulis has lecturis salutem abeo qui est Vera salus.
Testatum facio me rogatu Illustrissimi ac excellentissimi. Dni. D.
Joannis de Borgia, e ducibus Gandiæ. S. Cæ. Ræ. Mtis. a consilijs
et ad Cæsam. Mtem. oratoris, Vna cum Illmo. ac Rmo. Dno. Epo.
Olomucensi adiisse Magcum. Dnum. D. Fredericum a Zeratein Libe
rum Baronem Morauiæ in Selouiis, et ibidem in museo suo e quadam
arcula per pulchre fabre facta, claueq; reserata extraxisse præfatum
Rmum. Dnum. epum. reliquias quasdam in modum serti mediocris
inuolutas, quæ perhibebantur esse de Spinea Seruatoris Nri. Dni.
Jesu christi Corona, ut in scheda Germanica ibidem inclusa dicebatur
testimonio cuiusdam Protasij quondam Epi. Olomucensis et Joannis
Capistrani cuius quidem testimonij etiam authenticum scriptum
se habere testatus est idem Magcus. Baro, sed ad alium quendam Dnum.
amicum suum in alio oppido remoto misisse. De qua Spinea Corona
ipso permittente extraximus idem Rmus. Dns. Epus. et ego
partem aliquantam, quam in quatuor partes diuisam summitatem
quidem ad longitudinem Vnius digiti minimi habentem Versus

ARQUIVO HISTÓRICO CULTURA SANTA CASA Misericórdia de Lisboa

summum Spinam integram latum digitum longam, perme sigillatam
voluit mitti ad prefatum Ill.mum et ex.mum oratorem. et alteram
partem ramusculi, absq. ulla Spina, longam duos parvos digitos latos
ad Nobilem Florianum de Lugo eiusdem Ill.mi et ex.mi oratoris cu-
bicularium. quod et fideliter feci, et in eius rei testimonium hoc pre-
sens scriptum manu mea subscriptum, ac maiori societatis nostre
sigillo, comunitum illi tradidi. Actum Brune xiij. Aprilis Anni 1581.

Ego idem Joannes Paulus Campanus
qui supra m.a

ARQUIVO HISTÓRICO
CULTURA
SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

ne sigillatam

et alteram

digitus Lator

mi oratoris eu

ium hoc pre

tatis nostre

lis Anni 1581.

Campanus

egra mfi.

ARQUIVO HISTÓRICO
CULTURA
SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

+

testimonio dela Sma de Clarretin ~ deste num.º 2a outro papel 19

Seg.do papel deste N.º

Sexagesimo terceiro

63

2

ARQUIVO HISTÓRICO
CULTURA
SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa